



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

Tempore Nundinarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

bium à nubibus dicitur, jam & uxor volat. Thesaurus uxoris vir, viri uxor, ad hoc annulos sumitis quibus vos obsig- netis, annulus datus est filio prodigo & statim ex indigno fa-etus est dignus. Hic Amor non debet habere finem sicut neque annulus habet: Jam uxor est viri corpus, jam dolori si acci- der, idem lenitus: jam pars una juvat alteram: accipiat vulnus pars una cum quanta lenitate applicat emplastrum alia? In Christo unum est & Divinitas & Anima. Et erunt duo in car- ne una, duæ animæ, et si una caro, tamen summa in Christo consensio Divinitatis cum anima, licet utraque suam liberam habeat voluntatem summa tamen est concordia, neque na- tura dignior improperat viliori, neque vilior in formidine cohabitat.

Supereft ut vobis dem Benedictionem, do illam ipsam  
quam dat Ecclesia &c.

### Tempore Nundinarum.

**D**UM homines suas nundinas exercent, etiam Dæmo-nes, & DEUS suas, sed dæmon adhibet merces quæ pa-tent sensibus nostris, id est voluptates visus, auditus &c. DEUS illas quæ intellectu solùm conspicit possunt, cælum, gratiam, virtutem. Uterque non aliam requirit pro merci- bus suis pecuniam quam nostram animam.

Dum voluptates sensuum prohibitas à dæmons emimus, animam nostram illi in servitutem tradimus, nec eom illam sienerit, tractare aliter novit quam mancipium, ut si Barba-ri capiant filiam Principis, illa vult speculum, jubetur acci- pere scopas ut verrat stabulum: vult in lecto quiescere, jube- tur in nuda humo: vult cibos exquisitos, jubetur scapulas nudare ad plagas &c. Aug. prop. 42. in epist. ad Romanos

I

in

in illa verba. Ego carnalis homo venundatus sum sub peccato ita ait. *Quod intelligitur perinde quasi unusquisque peccando animam diabolo vendat, accepto tanquam prelio ipsa voluptate duc dñe.* Sic animam suam vendidit Acham pro auro quod rulit de anathemate Jericho. &c. Jam ergo non remanet homo juris sui. Si Barbaro te vendetes, solum corporis tui essem Dominus, dæmon autem animæ, & si putas te esse liberum. Vide annos sit servus cui dæmon suos præsides imponit? An liber est ille cui mulier imperat, à quo si aliquid pollet dandum est illi, si vocat veniendum, si ejicit abeundum; si minetur extimetur? Ita jubet libido, fac, facit &c. Illi sunt vicarii quos dæmon emptæ à se imponit animæ. Sed nulla servitus turpior quam illa in quam se quis sponte vendit cum esset liber, quid si insuper pessimo te vendat Dominus qualis est dæmon? qui domum vendit cogitur ex illa exire, quid qui seipsum? Exulet inde recta ratio &c. Poterant per leges, ut scribit Hali lib. 2. antiquit. Romanos filios vendere: poterant Atheniensis ut Plutarch. in Solone, his fustulit hanc legem Solon. Constantinus Romanos prohibuit vendere in perpetuam servitutem. Quod tandem in totum abrogatum est. Et nos vendemus nos ipsos? Christus eos qui vendebant columbas in templo ejicit, quid faciet de iis qui vendunt animas? Maximè cum hac venditio animæ toties confirmetur quoties peccatur. Avidè huic emptioni dæmon inhiat, quia tanti unam estimat animam ut pro illa daret omnia regna mundi, ut patet in Christo, cui offerebat si ille peccaret, & nos eam pro una voluptate, & quidem cuius nos pudet, vendimus? Planè agimus ut Judas. *Quid vultis mihi dare ut eum vobis tradam?* Arbitrio emptoris pretium comittimus, DEUS ita animam estimat, ut dixerit. *Quid prodest homini si universum mundum lucratur &*

ANIMAM

animam suam perdiderit? Lyra in Matth. 16. *Anima rationa-*  
*le imagine Trinitatis insignita pretiosior est omnibus terrenis. Vi-*  
*ta nostra est nobis tanti ut Chrylost, in 16. Matth. apud Ly-*  
*ran. dicat. Esi decem millia diademata corpori insanabiliter æ-*  
*groto circumposueris, non curat: sed & si decem millia diademata*  
*corpori offeras & circumponas hæc conditione ut lethaliter vulne-*  
*retur, nullus homo ea curat. Hæc omnino sunt vera, ita ama-*  
*mus vitam. Anima verò est hujus vitæ principium, cur illam*  
*vilissimo pretio in mortem æternam vendimus? Christus*  
*pro hac margarita omnia sua dedit. Si tibi dæmon daret pro*  
*anima omnia regna mundi, adhuc parvo illam venderes.*  
*Job. 2. ait dæmon. cuæsta dabit homo pro anima sua ita ille*  
*judicat & facimus hæc pro vita temporali, cur non pro æterna?*  
*Proverb. 26. Pretium scorti vix est unius panis. Idem de aliis*  
*peccatis, quia delectatio tam brevis atque dum panis per gut-*  
*tum transis & finis utriusque idem. Avaritiae voluptas tota est*  
*in solis oculis, aut in memoria quia cogitat se habere. Hono-*  
*res toti in eo quia te alii vident, uno verbo IIai 52. Gratis*  
*venundati es & Ps. 45. Vendidisti populum absque pretio.*

Vendamus potius Christo. *Apud Dominum copiosare dem-*  
*ptio: Solus potest dare premium quod animæ nostræ æquiva-*  
*leat & superer. Se ipsum dabit, cuius imago tam pretiosam*  
*facit animam, dabit ut per illum vivamus, eadem felicitate*  
*cum illo fruamur. DEUS se dat pro tua anima tibi, quem*  
*quia vident Angeli beati sunt, DEUS cuius opes nulla expli-*  
*care lingua potest. Christus dat se tibi ut serviat tibi. Tran-*  
*siens ministrabit ipsis. Dominus mancipio. DEUS qui dæmo-*  
*nem cruciat in æternum & voluntate sola potest in nihilum*  
*redigere, & modò agit ante se in triumpho. Abac. Egredietur*  
*diabolus ante pedes ejus. Ubi tunc erit premium pro quo te*  
*emebat dæmon? Viri dñitiarum dormierunt somnum suum &*  
*nihil invenerunt in manibus suis. Videbis eos qui se dæmoni*

vendiderunt factos veluti locustas. Apoc. 9. De sumo pectore  
 runt locustæ Facies aarum quasi facies hominum, videntur ho-  
 mines sed sunt bestiæ. Habant capillos sicut capillos mulierum  
 Ecce luxuriosi, capilli sunt cogitationes juxta Aug. Greg. Hæ-  
 de mulieribus. Dentes eorum dentes leonum, Ecce rapaces,  
 Vox altiarum earum sicut vox currum, equorum multorum curren-  
 tium in bellum, ecce iracundi. Habant caudas similes scorpio-  
 num, ecce adulatores. Habant supra se regem, Angelum ab ip-  
 si nomen exterminans. Ecce emptor illorum. Quo frudu-  
 manti empti sunt exterminati ut sint extra terminos omnis boni, o quæ  
 lamentatio illorum? O quoties, Ergo erravimus? Nazianz,  
 Æterna vita dies est mercatura magna. Omiseri venditores? Si  
 tibi DEUS daret pro te aliquod regnum, dares te ipsi fortis-  
 tan, nunc dat te protegat ita ut eo vivas. Aug. in Ps. 70. conc. 2.  
 Sicut vita corporis est anima, sic vita anime DEUS. Ex eo fit  
 quod quidem minus est, sed tamen magnum, quod Chrysost.  
 hom. 56. in Genet. Adveniens Christus eam virtutem in homi-  
 nibus plantavit ut ex hominibus Angelos faceret.

### In die Coenæ Domini ad Homicidas.

**Q**UO titulo vos compellabo? dicam Filios prodigo, sed ille propriam substantiam, vos alienum sanguinem & vitam prodigasti. Dicam oves Christi errabundas, vos lupi discepistis oves Christi, dicam rebelles DEO qui illius imaginem concerpistis, ad imaginem quippe DEI factus est homo, quodsi illi regulæ insisterem. Non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum, vos nunquam ad vitam revocabitis eos, quos occidistis, quibus vitam abstulisti. Cælum nobis sub imagine scalæ Jacob DEUS proposuit, voletis ascendere ex illa vos deturbabunt quos interemisti, & clamabunt, tu

mc